



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1635. usque ad annum 1643

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1779

VD18 9011888X

§. 2. Variæ Suecorum clades in Saxonia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67406](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67406)

deditionem coegit; unde Marchio Dur-
 lacensis, ipse Slangius, Birckenfel-
 dius unacum uxore & liberis, Kins-
 kius pluresque alii Tribuni & octingenti
 Equites, peditesque ducenti die vige-
 sima prima Martii a Cæsareis capti velut
 in triumphum Ratisbonam ad Cæsa-
 rem, Ptincipesque, quibus antea in-
 sultabant, missi sunt; eodem vero tem-
 pore Gelenus cum copiis suis e Sile-
 sia & Bohemia eductis Suecorum
 tergo imminens, Chambium petebat:
 unde Bannerius haud dubie cum toto
 exercitu deleri potuisset, nisi aut iti-
 nerum difficultas, aut Ductorum cun-
 ctatio hosti in Misniam elabendi spa-
 tium concessisset.

§. II.

Varia Suecorum clades in Saxonia.

Quantumvis Bannerius exercitum
 suum nupera clade obtritum ad-
 junctis sibi Vinariensibus, aliisque co-
 piis reparare intentus esset, Cæsarei
 tamen Bavarique, ductore Leopoldo
 Archiduce, fugientis vestigia tanta ce-
 leritate presserunt, ut per undecim dies
 hostilis Equitatus ne ullum quidem
 respirandi spatium haberet: inde vero
 accidit, ut Bannerius amissis jumento-
 ram, militumque non paucis ægre ad

*Loccen. Hist.**Suec. l. 9.**pag. 714.**Pufendorff.**rer. Suec.**lib. 13.**Brachel. l. 6.**pag. 290.*

Sæc. XVII. Salam fluvium inter continuas velitationes pertingeret: trajecto autem hoc flumine, cujus pontes in hostium potestate erant, Galli Vinariensibus juncti Cæsareos adoriuntur, ruptoque ponte quosdam demergunt, alios vero trucidant: Sinister hic successus Cæsareos minime deterruit, quominus superato ad Berneburgum amne Bannerianos partim Halam, partim Merseburgum retunderent, multisque Suecorum trucidatis, captisque Bannerium Merseburgo ejectum, Halberstadium usque propellerent, ubi etiam morbo ex vinolentia contracto die vigesima Maij, successore sibi electo Leonardo Torstensonio, vivere & furere desit: ita Suecicum hunc Heroem vinum Hungaricum in mensa perdidit, cui toties Mars in castris pepercerat. Eodem die Cæsarei non sine luculenta Suecorum clade, & opima præda Quedlinburgum occuparunt, & Gallo-Vinarienses, Suecosque prope Halberstadium iterata strage protriverunt. Cum igitur Suecorum exercitus crebris ejusmodi cladibus rarefcere inciperet, Saxonie Elector animo erectus eosdem e variis Saxonie locis exturbavit, Leopoldus vero Archidux Zwickaviam urbem ad deditionem compulit. Minus fausta erat Hotenvillanæ urbis, ac Guelpherbyta-

bytanæ arcis obsidio, quarum utram-^{Sæc. XVII.}
 que Cæsareo - Bavari partim ob invi-^{A. C. 1641.}
 ctam obsessorum repugnantiam, partim
 ob tempestatis injurias post anceps
 prælium, & Suecorum copias iterato
 fufas solvere cogebantur: Profuit ta-
 men Leopoldo Archiduci discordia Sue-
 cos inter & Luneburgicos exorta; in-
 de enim occasionem nactus, Ostervi-
 cum, Horneburgam, Scldam, Leben-
 burgum, Dorstenam, aliasque West-
 phaliæ urbes Suecis eripuit, parique
 felicitate Hatzfeldius Comes cæso Gal-
 lo-Vinariensi Præfecto nomine Rosa,
 Duderstadium & Mulhusium in Cæsa-
 ris obsequium reduxit.

§. III.

*Fœdus Gallos inter & Suecos fir-
 matum.*

Seditio contra Hispaniæ Regem a Ca-^{Bougeant}
 talonis & Lusitanis mota, ingens ^{Hist. bell.}
 Franciæ Regi calcar addidit, ut col-^{p. 1. l. 6.}
 lapsas Suecorum res totis viribus re-^{Hist. du}
 stauraret, spe fretus, quod Cæsare ^{Card. Richel.}
 trans Rhenum a Suecis oppresso, & ^{l. 6. cap. 64.}
 Hispaniarum Rege subditorum defe-^{Recueil des}
 ctionibus debilitato Imperium sibi vecti-^{Trait. p. 93.}
 gal reddere, Regnum vero suum Hi-
 spanæ Provinciæ accessione protendere
 posset. Hunc in finem die prima Junii

Ff 4

erecto